

**Luc. 2.4** vtiq; pprie lex appellata est de monte Syna-  
 prophetarū autē noīe etiam psalmi significa-  
 ti sunt: et tamen alio loco ipse saluator. **Por-**  
 tebat inquit impleri omnia que scripta sunt in  
 lege et prophetis et psalmis de me. **Hic** rursus p  
 phetarū nomen exceptis psalmis intelligi vo-  
 luit. **Dicit** ergo lex vniuersaliter cum pphes  
 et psalmis: dicit et pprie que per moysen data  
 est. **Item** dicunt cōmuniter pphete simul cū  
 psalmis: dicunt et pprie pter psalmos. **Et** mul-  
 tis alijs exemplis doceri possunt multarū rex  
 vocabula: et vniuersaliter poni: et pprie qui-  
 busdā rebus abhiberi: nisi in re aperta vitat  
 da sit longitudo sermonis. **Hec** ideo dixi: ne  
 quisq; ppretea nos incōuenienter existimet  
 charitatem appellare spūsanctū: quia et de-  
 pater et deus filius potest charitas nūcupari.  
**Sicut** ergo vnicum dei verbum pprie voca-  
 mus noīe sapiētie: cum sit vniuersaliter et spi-  
 ritussanctus et pater ipse sapientia: ita spūsan-  
 ctus pprie nūcupat vocabulo charitatis: cū  
 sit vniuersalr charitas et pater et filius. **Sz** dei  
 verbum id est vnigenitus dei filius aperte di-  
 ctus est dei sapientia: ore aplico vbi ait: chri-  
 stum dei virtutem et dei sapiam. **Spūs** autem  
 sanctus vbi sit dictus charitas inuenimus: si  
 diligenter iohis apostoli scrutemur eloquiū  
**Job. 4.** Qui cum dixisset: dilectissimi diligamus inui-  
 cem: quia dilectio ex deo est: secutus adiunxit  
**Ibidem.** Et omnis qui diligit ex deo natus est. **Qui** nō  
 diligit nō cognouit deum: quia deus dilectio  
 est: ibi manifestauit eam se dixisse dilectionē  
 deum: quā dixit ex deo. **Deus** ergo ex deo est  
 dilectio. **Sed** quia et filius ex deo patre natus  
 est: et spūsanctus ex deo patre pcedit: quem  
 potius eorū hic debeamus accipere dictū esse  
 dilectionem deū. merito querit. pater em so-  
 lus ita deus est: vt nō sit ex deo: ac per hec di-  
 lectio que ita deus est: vt ex deo sit: aut filius  
 est: aut spūsanctus. **Sed** in psequētib; cum  
**Ibidem.** dei dilectionē cōmemorasset. nō qua nos euz  
 sed qua ipse dilexit nos. et misit filium suum li-  
 beratorē p peccatis nostris. et hinc exhortat  
 esset vt et nos inuicez diligamus: atq; ita in no-  
 bis deus maneat. quia vtiq; dilectionem deū  
 dixerat statim volens de hac re apertius ali-  
**Ibidem.** qd eloqui. **In** h inq; cognoscimus quia in ipō  
 manemus et ipse in nobis quia de spū suo de-  
 dit nobis. **Spiritus** itaq; sanctus de quo de-  
 dit nobis: facit nos in deo manere et ipsum in  
 nobis: hec autē facit dilectio. **Ipsē** est igit de-  
 dilectio. **Deniq;** paulo post cum hoc ipm repe-  
**Ibidem.** risset atq; dixisset: deus dilectio est. p̄tinuo sub-  
 iecit qui manet in dilectione in deo manet et

deus manet in eo. **Uñ** supra dixerat. **In** hoc **Ubi.**  
 cognoscimus quia in ipso manemus et ipse in  
 nobis. quia de spū suo dedit nobis. ipse ergo si-  
 gnificat vbi legitur deus dilectio est. **Deus** igitur  
 spūsanctus qui pcedit ex deo. cum datus  
 fuerit homini accendit eum in dilectionē dei  
 et p̄ximi. et ipse dilectio est. **Non** em habet ho-  
 mo vnde deū diligat nisi ex deo. **Propter** qd  
 paulo post dicit. **Nos** diligamus q; ipse p̄or di-  
 lexit nos. **Ipsus** quoq; paulus. **Dilectio** inq;  
 dei diffusa est in cordibus nostris p spūsanctū  
 qui datus est nobis.

**De** excellentia charitatis que ita ex deo ē  
 vt ipsa sit deus. **Ca. XVIII.**

**Nullum** est isto dei dono excellentius  
 n **Solum** est qd diuidit inter filios re-  
 gni eterni et filios perditionis eterne.  
**Dant** et alia p spūsanctū munera s sine chari-  
 tate nihil p̄sunt. **Nisi** ergo tantū impietati cui-  
 q; spūsanctus vt eū dei et p̄ximi faciat amato-  
 rē a sinistra nō transferet ad dextrā. **Hec** spūs  
 pprie dicit donū nisi ppter dilectionē. **Quā** q  
 nō habuerit si linguis hoīm loquat et angelorū **J. Cor. 13.**  
 sonans eramentū est et cymbalū tinniens. **Et**  
 si habuerit pphetiā et scierit omnia sacramen-  
 ta et oēm sciām. et si habuerit oēm fidem ita vt  
 montes transferat nihil est. **Et** si distribuerit  
 oēm substantiā suā: et si tradiderit corpus suū  
 vt ardeat: nihil ei p̄dest. **Quantū** ergo bonū  
 est: sine quo ad eternā vitā neminē bona tāta  
 pducunt. **Ipsa** x̄o dilectio siue charitas (nam  
 vnius rei est vtrūq; nomen) si habeat eā q nō  
 loquit linguis: nec habet pphetiam: nec oīa  
 scit sacramenta: omnēq; scientiā. nec distribu-  
 it omnia sua pauperibus. vel nō habendo qd di-  
 stribuat: vel aliq; necessitate phibitus: nec tra-  
 dit corpus suū vt ardeat: si talis passiois nul-  
 la temptatio est: pducit ad regnū: ita vt ipsa  
 fidem nō faciat vtilem nisi charitas. **Sine** cha-  
 ritate quippe fides potest quidem esse: sed nō  
 et p̄desse. **Propter** quod et apostolus paulus  
**In** christo inquit iesu neq; circumcisio: neq; p̄-  
 pucium aliquid valet: sed fides que per dile-  
 ctionem operatur. **Sic** eam discernens ab ea  
 fide: qua et demones credunt et contremiscūt  
**Dilectio** igitur que ex deo est et deus est: pprie  
 spiritussanctus est: per quem diffundit in cor-  
 dibus nostris dei charitas: per quam nos to-  
 ta inhabitat trinitas. **Quocirca** rectissime spi-  
 ritussanctus cum sit deus: vocatur etiā donū  
 dei. **Quod** donum pprie quid nisi charitas  
 intelligenda est: que perducit ad deum: et si-  
 ne qua quodlibet aliud donum dei non per-  
 ducit ad eum.

**Ibidem.**  
**Roma. 5**

**J. Cor. 13**

**Gal. 5**

**Iaco. 2**